

deserere, praemonitionem in scriptis declaratio caute in uti servabitur. Relib iustas et rationaclarare.

ndam dubitationem s, quae forte post bona fide emissae Decreti *Inter reliquitates tribuit Supermodo accedat condeclarandus atque*

919).

## MMERCUM

ladriti. - Priusquam consulueris, mature am, non *verbis*; uti dagium.

o..., Barcinone. - In ssori Georgio Val... id difficile fortasse quam *Almae Romae* possimus, cuius precurrentem annum

IAELI CA....., apud ecens misisti, edere ium tuum erga nos

Londini. - In cistel-

Neapoli. - Hei mihi i mutatus ab illo ...

Augustae Taurinouia, quam his diebus habemus et refe-

A. SECRETIS.

ARI, Sponsor.


TTIS VATICANIS.

# ALMA ROMA



QVIDQVID NON  
POSSIDET ARMIS  
RELLIGIONE  
TENET

C. DEL VECCHIO.



# NUMMARIA MENSA ROMANA

(BANCO DI ROMA)

SOCIETAS ANONYMA EX SOLUTA SUMMA LIBELL. 100.000.000

Sedes caput et suprema gubernatio Romae in propriis aedibus  
Corso Umberto I, N. 307 (Piazza S. Marcello)

...

**Sedes aliae tum in Italia, tum apud exterias civitates:**

*Alba, Albano Laziale, ALESSANDRIA (in Aegypto), Aquila, Arezzo, Avezzano Bagni di Montecatini, BARCELLONA (in Hispania), Bari, Bengasi (in Cyrenaica), BRESCIA, CAIRO (in Aegypto), Canile, Canelli, Carrù, Castelnuovo di Garfagnana, Centallo, Città di Castello, Cortona, COSTANTINOPOLI, Fabriano, Fermo, FIRENZE, Foligno, Fossano, Frascati, Frosinone, GENOVA, Grosseto, LION, Lucca, MALTA, MILANO, Mondovì, Monsampietranelti, Montblanch (in Hispania), NAPOLI, Orbetello, Orvieto, PARIGI, Pinerolo, Porto Said, Porto S. Giorgio, Siena, Tarragona (in Hispania), Tivoli, TORINO, Torre Annunziata, TRIPOLI (in Africa), Velletri, Viareggio, Viterbo.*

## NUMMARIAE MENSAE ROMANA RATIONES ET NEGOTIA.

NUMMARIA MENSA ROMANA pecuniam depositi nomine accipit: *a) iuxta quotidianas computationes; easque liberas, fenus rependens ad 3%, data facultate quotidie exigendi usque ad lib. 10.000; ex denunciato duorum dierum, lib. 25.000; dierum quatuor, lib. 50.000; pro maiore summa cum Mensae moderatore convenientum est; b) computationibus pariter quotidianis, at vinculo adstrictis, lucro annuo 4%, si vinculum erit mensium sex; 4 1/2 %, si mensium duodecim; c) parsimoniae fovendae sub specie, annuo fructu 3,60 %, cum facultate quotidie defrendi usque ad lib. 1000, et exigendi ad nutum quotidie lib. 300. De maiore vero summa mandatum dimittitur ad dies tres usque ad lib. 1000; ad dies septem usque ad lib. 5000; ad dies undecim usque ad lib. 10.000; ad dies quindecim, ultra.*

Praeterea NUMMARIA MENSA ROMANA: *a) perscriptiones compensat duarum personarum certa fide pollutentia subscriptione munitas, post menses tres solvendas; idque pro omnibus locis ubi argentario res publice agatur; b) mutationum agrestium ad formam, iuxta italicam legem d. 27 Ianuarii 1877 latam, tum Romae tum in Romana provincia requirentibus subvenit; c) in antecessum solvit atque mercatorio more pecuniam reportat sub praesidio fundorum publicorum, vel pecuniae nominum tum publicae rei, tum industriae privatae; d) litteras emitit ex credito pro locis ubi commercia tum Italiae tum exterarum gentium maxima aguntur; e) exteros numeros negotiatur eorumque collybum exercet; f) fiduciarias res in custodiam accipit, pro iisque adservandis capsas conducticias ex chalybe etiam suppeditat; g) res administrat tum consociationum, tum privatorum nomine.*

In universum, omnia pertractat quae propria Mensae Nummariae sunt.

## Pro "ALMAE ROMAE,, Sociis

apud Commentarii Administratorem opuscula latine scripta venum dantur,  
imminuto pretio prouti sequitur:

JOSEPHI FORNARI **Fridianus et Francisculi prandum**, Milesiae fabulae scenis accommodatae apud ephebea facile agendis. – Singulae lib. 1; ambae lib. 1,50.

HERMINII IACOBELLI **In campo latinitatis novi flores**. – Si tegumento solut. lib. 1,50; si xyлина structura aureoque titulo, lib. 2,25.

I. B. FRANCESIA **Saturio, Euplius, Ad Romam**, Actiones dramaticae. – Singulae lib. 1.

I. ANTONELLI-COSTAGGINI **Arrhae Gorgoniae**, Milesia fabula. – Lib. 1.

PETRI ANGELINI **De poëtis et numeris latinis**. – Lib. 1.

100.000.000

priis aedibus  
(cello)

## S CIVITATES:

ni di Montecatini, BARCELLONA (in Canelli, Carrù, Castelnuovo di Garfeno, FIRENZE, Folligno, Fossano, Mondovi, Monsampietraneli, Mont-Said, Porto S. Giorgio, Siena, Tarca, Velletri, Viareggio, Viterbo.

## S ET NEGOTIA.

accipit: a) iuxta quotidianas itate quotidie exigendi usque in quatuor, lib. 50.000; pro utationibus pariter quotidianis, sex;  $4\frac{1}{2}$  %, si mensium duos, cum facultate quotidie defensio. De maiore vero summa manu usque ad lib. 5000; ad dies

s compensat duarum personarum solvendas; idque pro omnibus d formam, iuxta italicam legem a requirentibus subvenit; c) in aedes fundorum publicorum, d) litteras emittit ex credito prima aguntur; e) exterios num custodiam accipit, pro iisque res administrat tum consociaariae sunt.

## E,, Sociis

e scripta venum dantur,

**prandium**, Milesiae  
cile agendis. – Singulæ

**vi flores**. – Si tegu reoque titulo, lib. 2,25.

**nam**, Actiones drama-

Milesia fabula. – Lib. 1.

is. – Lib. 1.

## ALMA ROMA

LATINITATIS PRAECONIUM SINGULIS MENSIBUS EDITUM

Premium annuae subnotationis (fasc. 12) est in Italia libell. 9; ubique extra Italiam libell. 12 (doll. 2,40; march. 10; rubl.  $4\frac{1}{2}$ ; sh. 10; coron. 12) ante solvendum rectoque tramite mittendum ad IOSEPHUM FORNARI doctorem, Romam, Via del Governo Vecchio, 96. ☺ ☺ ☺ ☺ ☺ ☺ ☺ ☺

## DE POLONIA

Hoc anno labente, tertio nonas Augusti, post longum temporis intervallum, primum recentis Polonorum reipublicae legati aedes Vaticanas ingrediebantur, Benedictum XV Pont. Max. singulari pietatis et obsequii testimonio veneraturi. Et iure meritoque, Romani enim Pontifices, omnibus temporibus, Polonorum incolumitatem praedicarunt, et regibus eorum perniciem molientibus audacter obstiterunt, neque improborum imperantium calumnia neque periculo exterriti, huius populi iura libero ore defenderunt, atque ab iniustis criminationibus vindicarunt.

Haec olim natio, quae in primis Deo devota pro sacris Pontificibus fortissime dimicaverat, et insignibus nitens victoriis late per multos annos populis fuerat dominata, sub finem saeculi decimi octavi, per summum dedecus et praeter omnium opinionem, libertatem cum nomine perdidit. Borussi enim cum Russis atque Austriae, improbum in modum, simul perfri- cata fronte viribusque coniunctis, ingemiscensibus circa populis, Poloniā sibi diviserunt. Quod quidem iussum Poloni iniquo animo ferebant; sed inanibus saepe conatibus a se detrectare adgressi, in du-

riorem servitutem in dies labebantur. Tunc omnia probrosa sunt fortiter passi. Hostes enim superbiam victis, honores, imperia, sacerdotia exprobrire, eosque cruento veluti Aesonis labro vexare atque punire in deliciis habere videbantur. Et reges, libertina quodammodo audacia praediti, omnia quaestui facere, civium divitiis, uti ex hostibus praedae, palam inhiantes. Quid hostium perfidiae tam verendum fuit, a quo temperaverint? Quid tam foedum, quod non admiserint? Tunc belli religiosi civilisque flamma nobilissimae urbes absumptae; tunc multi mortales turmatim carnificibus obiecti; tunc hominum religiosorum foeminarumque domus violatae; corpora gladiis confossa, pars fluminibus demersa atque igne hausta; et ubi solitudinem fecerunt, incredibili audentia pacem superbe appellant!

Europa tandem universa immensis Polonorum cladibus indignabunda ingemuit; at unice Romanus Pontifex bona spe eos fovit, egenis liberalitate, aegris solatio dubiis rebus adfuit, et efferorum imperantium convicia et impotentiam aspernatus difficillimo tempore aspera quaeque non expavit.

Memoratu dignissimum est, quod anno trigesimo octavo saeculi elapsi Romae accidit. Nicolaus primus, supremus Rus-

sorum imperator, quum Europam splendide inviseret, undique magnis honoribus honestatus, et Urbem petere statuit. Erat ea tempestate Pontifex Maximus Gregorius decimus sextus, qui expressam Iesu Christi imaginem referens, Leonis Magni exemplum sequutus, imperatori insperato advenienti in aedibus Vaticanis, libero ore, Polonorum cladem commiseratus, postquam impositam Polonis falso invidiam fregisset, filiorum suorum sanguinem exprobravit. Princeps mitissimi ingenii, celsus et erectus, homini illi, quem omnes late populi crudelem Polonorum occisorem praedicarent, pacem pro filiis invocans, divina aeterna iudicia minitari haud dubitavit. Ad haec, superbissima imperia contemnens, Polonus in Urbem, communem omnium patriam, recepit.

Haud ita multo post, saeviente iterum apud Russos impietate, Pius IX P. M. glorirosi decessoris sui vestigiis insistens, impotentis imperatoris minas contegnit, afflicti atque iacentis populi iura tueruntur, atque invictam excelsi animi firmitatem referens, ad pristinam dignitatem eum revocat.

Spectant haec novissima verba ad egregium Pontificis facinus, quod mirum in modum opportune historia narrabit. Est in vico *Pincensi* templum, quod *Christo resurgentis* appellari placuit. Quum, proximante Paschate anni octingentesimi quinquagesimi octavi supra millesimum, nonnulli e Polonia exsules Pontifici Maximo offerre cereum insignem cogitassent, quo egregia ipsorum in Deum et Romanos Pontifices pietas declararetur, Pius IX, divino veluti spiritu afflatus, ut spem novam reduceret animumque adaugeret, eis remisit dicens: « Hoc *resurrecturis* dicabo, idque aliquando in Ecclesia Polonorum capite Varsaviae adhiberi iuvabit ».

Populus equidem admirandus, qui in ipsis rerum difficultatibus animum sustulerit; invicta enim fortitudine hostium

audaciam laceressimus, sicutque propositi ita tenax, ut optime mereretur aliquando quod sereno sibi vultu fortunam videret. Fractis enim Polonorum opibus, quum regni restituendi iam nulla spes esset, modo in Russiam modo in Borussiam, qua par erat animi vi, adsurgere, atque servitutis impatiens, audacia in periculis capessendis, consilio inter ipsa pericula inclarescere.

At quam vere cecinit vates: *Desertos, opis expertes incuria mactat.* Anno saeculi transacti sexagesimo tertio, quum inaniter iterum Poloni in libertatem se se vindicare pro aris atque focis tentassent, at crudeliter vexarentur, et refricato veluti vulnere inconsolabiles ingemiscerent, sanctae libertatis vindex, Pius IX P. M., suorum filiorum cladem conquestus, aeternam Numinis vindictam minatus, novum rerum ordinem Polonorum Nomi faustum portendere est ausus.

Quo facto tantam eius virtutem omnes sunt admirati, ut in ipso Taurinensi oratorium popularium conventu, Angelus Brofferio, vir satis eloquens atque audax, publicum honoris cultusque documentum viro forti, immortali exstare voluit. Iuvabit utique et ipsa liberrima verba in medium referre: « Dum omnes, - aiebat, - reges tacite magnamini populi exitum queruntur, unus omnino ope destitutus, aetate grandaeus, ac pietate conspicuus, Pius IX P. M., vel ex urna sepulcri, manus in tyrannum sustollens, ei magna divina iudicia denunciavit. Religio enim Ei esset si tantillum ab officio recederet, filiosque in tot rerum descrimine relinqueret. Quod egregium Pii IX facinus immortale appello, dignumque quod cum Gregorii septimi fortitudine animi recenseatur ».

Quem Pontificum amorem in ipsis dum molestiis et periculis premuntur, semper Poloni cognoverunt, atque aperte sunt professi; iisque magnas gratias libero ore pro munere agebant, maioresque habere, quas aliquando referre pollicebantur.

Et nostra aetate, quum primum immane trium imperatorum dominium mira sorte ac varia miserrime perit, et divina veluti virgula excitatae ex improviso sunt civitates, Poloni, omnibus gentibus admirantibus, sui iuris denique ac mancipii facti, inconsultis eorum fractis divisionibus, ab stirpe iam similes, lingua animoque, iisdem nunc legibus in unam gentem coalescere incipiunt. Libertatem demum adepti, rebusque suis instauratis, nihil antiquius habuere, quam Urbem petere et Pontifici Maximo plurimas gratias pro muneribus acceptis agere; optimo quidem iure rati nihil gratius in communi Polonorum laetitia esse, quam si Ipse videat angustias communis parentis liberorum pietate levavi.

Quod felix bonum fortunatumque sit!

I. B. F.

percipiatur integritas, proportio et formae claritas; hae quidem rei proprietates a sensibus quoque inferioribus pro suo modo percipiuntur, mentique referuntur.

Et sane per olfactum, exempli gratia, odoris integratatem, puta violae, percipimus: percipimus nempe perfectam mensuram seu quantitatem odoris illius, cui nihil deesse sentimus. Percipimus etiam illius proportionem debitamque relationem cum virtute sua « olfactiva »; hoc est, congruentiam sentimus odoris cum sua facultate. Denique formae claritatem percipimus, distinctam dico illius odoris notitiam, quam a quolibet odore alio clare secernimus. Ita quum harum proprietatum speciem in phantasia olfactus efformaverit, mens naturam et pulchritudinem odoris illius percipit.

Praeterea, quia pulchrum in omnibus rebus viget, ex rebus istis quaedam sunt sensibilia propria olfactus, gustus, tactus; ergo ab hisce quoque sensibus pulchritudo percipitur mentique nuntiatur.

Ceterum sensus omnes, quod ad cognoscendi generalem virtutem spectat, natura sunt pares; ideoque aut singuli aut nullus ad deserviendum menti in rei pulchrae perceptione et contemplatione est aptus; neque maior vel minor virtus sensuum mutat speciem.

Sed et auctorum in rem sententiae accedunt; in primisque S. Augustini, qui docet multimodam et variam pulchritudinem per omnes humanos sensus ad mentis contemplationem pervenire. Scilicet non solum per visum et auditum in luce et in sono, sed etiam per olfactum, per gustum et tactum nos sensibilium omnium pulchritudine delectari: « Hoc - (nempe laetari nos iure aequalitatis) - in odoribus et in saporibus et in tangendi sensu animadvertere licet, quae longum est enucleatius persequi, sed explorare facilium: nihil enim est horum sensibilium, quod nobis non aequalitate et similitudine

<sup>1</sup> Cfr. num. sup.

placeat ». Ita in *De musica*, lib. VI, c. 13.<sup>1</sup>

Id ipsum aperte innuit de pulchritudine divina scribens: « Sero te amavi - inquit, - pulchritudo tam antiqua et tam nova. Vocasti et clamasti ... Flagrasti ... Gustavi et esurio et sitio. Tetigisti me, et exarsi in pacem tuam ».<sup>2</sup>

S. Gregorius Nyssenus luculentius loquitur: « Pulchrum videtur hominibus, - ait - quod oculis per bonum colorem affert voluptatem ... Auditui pulchra est melodia. In saporibus quoque et odoribus pulchrum definitur ... Omnia autem gravissimum et a ratione alienissimum est tactus, per quem intemperans voluptas in pulchro diuidicando primas apud naturam partes tenet ».<sup>3</sup>

Plato (in *Hippia Maiore*) et S. Thomas, quamvis doceant maxime per visum et auditum ab hominibus pulchrum attingi, attamen non unice id et exclusive fieri tenent. Haec enim Angelici Doctoris verba sunt: « Illi sensus *praecipue* respiciunt pulchrum, qui maxime cognoscitivi sunt; scilicet visus et auditus rationi deservientes: dicimus enim pulchra visibilia et pulchros sonos. In sensibilibus autem aliorum sensuum non utimur<sup>4</sup> nomine pulchritudinis; non enim dicimus pulchros sapores aut odores ».

\*\*

Sed iam est tempus ut in argumento concludamus.

En igitur sententiae nostrae summa:

- a) Plena perceptio, iudicium et contemplatio pulchri, sive corporei, sive incorporei, ad mentem essentialiter pertinet.
- b) Visus et auditus, quippe ceteris sensibus externis praestantiores, et pro-

<sup>1</sup> Cfr. etiam *De Civ. Dei*, XXXII, 24, 5.

<sup>2</sup> *Confess.*, lib. X, 27.

<sup>3</sup> In *Ecclesiasticus*, homil. VIII.

<sup>4</sup> *Sum. Theol.*, I, II, quæst. 27, a. 1 ad 3.

<sup>5</sup> Forsan vulgo.

xime magis intellectus operationi inserentes, modo magis immediato, expedito atque universalis pulchritudinem externarum rerum menti renuntiant.

c) Contra, odoratus, gustus et tactus, quia crassiores sunt atque proxime magis ad vitae animalis conservationem ordinati, potius quam ad operationem intellectus, modo minus immediato, prompto atque usitato renuntiant menti proprii obiecti pulchritudinem.

d) Inferiores sensus non solum cum superioribus simul operantes, sed etiam singulariter praefato ministerio satisfacere possunt. Non enim sufficiens appareat ratio, cur contrarium affirmemus.<sup>1</sup> Ideoque in homine odoratus, gustus, tactus non solum quid *utile vel noxiun* vitae animali percipiunt una cum *aestimativa virtute* operantes; sed insuper verum, bonum, pulchrum, diversa quidem ratione, vere nuntiant.

G. LEPORE.

<sup>1</sup> VALENSISE (*Dell'Estetica*, etc., vol. II, p. 151) et KRUG (*De pulchr. Div.*, p. 17-18) docent inferiores sensus non separatim, sed simul cum superioribus operantes intellectivæ pulchri apprehensioni deseruire; ast GALLUPPI (*Elem. di filosofia morale*, c. VI, n. 73-74) etiam ad solum tactum hanc aptitudinem extendit, classicaque exempla refert.



## DE LATINO ELOQUIO APUD ANGLOS

Optime constat apud omnes, si nunc latina lingua publice parvi habetur, eam peculiari studio in Anglia ab illis potissimum fuisse cultam, qui intelligentis iudicii viri, in dies ad munera reipublicae contendere nituntur. Hinc factum est, ut grandiores saepissime vel in familiaribus colloquiis vel in orationibus, quas passim in senatu aut ad oratores populares haberent, in rem suam modo Vergilii carmina in

medium referrent, modo Horatii. Quod quidem aegerrime ferens Wellington, supremus ille copiarum magister, qui ad Waterloo insignem de Napoleone triumphum retulit, senatoribus iocose dictabat: « Veniam in senatum, dummodo Vergilius si leat, quem nunquam in acie vidi, et seorsum eat Horatius, cuius carmina misere in scholis comites meos torquebant ».

Id facere consuevit narratur strenuus et ille orator atque administer, qui memoria patrum, nomine Disraeli, res Anglorum est longissime dominatus. Qua enim sapientia, qua doctrina ac diuturno rerum usu ubique gentium laudabilis, immortalitatis decus sibi comparavit! Hic, non modo plurima edidit opera, sed frequenter in popularium oratorum conventu, de quavis re sermo esset, argumentum suum admirabili undique facilitate atque natura cum testimoniosis confirmavit a Vergilio praesertim desumptis, Horatio, aliasque romanis.

Paullo ante, quum in Senatu de scholis publicis ageretur, et merito multi multis eas criminibus insimularent, Clarendon, vir clarissimus, eis, iudicium quod vulgo resertur de Martialis versibus, aptandum esse credidit:

*Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt plura mala.*

Quibus administer, qui diu principem in senatu locum obtinuerat, promptissimus addidit:

*Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicis-  
[sim.]*

At memoria nostra præ ceteris Gladstonus memorandus est, qui maxime in huius vestigiis insistens, ad sublimia vocatus, per multos annos princeps inter oratores populares habitus est, iamque octogenario maior, at vegeta senectute virescens, supremum Anglorum imperium fortiter obtinuit ac tenaciter rexit, eloquentissime ab strenuis adversariis sese mirum in modum defendit, et primus ex An-

glis extitit, qui obstantibus nihilominus cunctis, Hibernorum causam libero ore sustinuit, et, quamvis duriter a suis vexatam, apud populares oratores diu ac solemniter vindicavit.

Orationes, quas identidem apud suos habebat, etiam nunc magna animorum delectatione legimus atque admiramur, modo ob irruentem pectoris indignationem in eos, qui tam barbare subditos per tot saecula et vexarunt, et mactarunt, et in servitatem redegerunt, et modo invicta constantia, qua suos insimulat, qui verbis libertatem ceteris populis superbe portendunt ac promittunt.

Hic quoque auditores, data occasione, vel animi causa, sed apta eruditione, sententiam suam opportunis veterum sapientium luminibus hilarare vel illustrare tam optime novit, ut actuosi illi viri, quos tam crudeliter molestat, ac publice barbaros appellat, eloquentissimum hominem, vel invito animo, laudibus cumulent atque libentissime ad sidera afferant.

Ita tamen, adeoque frequenter et opportune sententiae veterum ex ore in eius adiutorium adfuerunt, ut omnes admirati sint modo oratoris copiam, modo antiquitatis vindicem atque fautorem, amoenum denique ac facundum multarum rerum dissertorem.

Ad rem facit quod ei olim occurrit. Quadam die, quum Italiam nostram peregre inviseret, Florentiam accessit, immortalis illius civitatis fama, rerumque novarum magnificentia adlectus.

In eius honorem, subito magnum paratur convivium, ad quod omnes, qui in urbe clariores dicuntur vel nuncupari ambunt, pro viribus atque certatim accurare contendunt. Nobilis itaque epulantium numerus, idemque virorum clarissimorum celeberrimus.

Ad secundas mensas quum ventum est, et vina agri Florentinorum notissima renidentia clamorose circumferuntur, Gladsto-

nus, in cuius honorem tot homines con-  
venerant, omnium oratu atque instantia,  
locuturus assurgit.

Fit silentium, et quum eum rogavissent,  
ut de improbis Italorum impensis, quae  
undique premerent, loqui vellet, et quo  
posset modo remedium aliquod suggestere,  
ipse postquam brevi exordio animos sibi  
benevolos reddidit atque plurimas gratias  
amicis agitaret in medias res alacer accur-  
rit « - Quid dicam - ait - de Italica fortuna  
ac de gravibus vectigalibus, quibus im-  
probe premitur? Ipsa est, meo quidem  
iudicio, ut Vergilius vester de fama nobi-  
lissime cecinit, quae

*Parva metu primo, mox se se attollit in auras  
Inter nubila condit! »*

Hic memoria quum ex improviso fallere videtur, et dum mentis robore in memoriam reliquum revocat, nec verbum occurrit, peropportune qui ad latera eius sedet idemque Anglus,<sup>1</sup> quasi vellet suopte ingenio sententiam persequi, elata voce adiungit: «...*Ingreditur solo...*», et ille tranquillo animo pergit: «*Et caput*»; atque ita veluti ovans ad finem pervenit! De prandio, quum omnes Gladstonum laudarent, qui memoriter tam facile versus referat, et de vera iam aetate feliciter memorat, atque adeo universam Anglorum gentem laudandam esse praedicarent, dicere haud dubitavit: «Hoc est nobis veluti in more positum, ut identidem pulcriora vestrorum poëtarum carmina in medium feramus, quum maxime in rem nostram faciunt Mira enim est sapientia in antiquis, quae nobis effodienda assignatur! ».

Quid vero nunc de latino eloquio apud  
Anglos?...

## SENIOR

<sup>1</sup> Et hic, qui tam pulcre Gladstonum extricavit, exercitus ductor erat.

*Pendere posse sat est, si quem iuvat ipsa potestas*

JUVENALIS

## Franciscus Tranquillinus Molted

Francisci Tranquillini Moltedo obitus  
qui recens Neapoli evenit, non modo lu-  
ctus familiaris est nobis, qui clarissimum  
virum, non magistrum, prout iure meri-  
toque esse poterat, sed laboris nostri so-  
cium pro candidissimi animi sui demis-  
sione habuimus; neque sodalibus e Con-  
gregatione S. Pauli Apostoli, qui post  
Petrum Rosati vita functum tamquam  
humaniorum studiorum Nestorem inter-  
suos venerabantur, sed universae littera-  
torum familiae: haud facile enim nunc  
reperias, qui tam perite tamque expedite-  
sive soluta oratione sive numeris, latine,  
italice et etiam gallice identidem scribe-  
ret, ut amplissimam famam apud littera-  
tissimos quosque sibi comparaverit. Apud  
litteratissimos dixi; non quidem apud vul-  
gus, quia, humillimus semper, a sui no-  
minis praedicatione omnino refugit.

Neapoli honesto loco natus tertio kal.  
Iunias an. MDCCXXXIX, clericorum S. Pauli  
Apostoli scholas puer frequentavit rhetoro-  
ricen usque, et in illorum communione  
vitam cognovit Francisci Xaverii Bian-  
chi, quem deinde catholica ecclesia in  
*Beatorum* coetum adnumeravit; atque in  
illum virum, tum pientissimum cum a  
cultu litterarum et bonarum artium mi-  
nime alienum, atque simul naturae comi-  
tate, mansuetudine morumque suavitate  
insignem, quibus ipse suopte ingenio cal-  
lebat, tanta admiratione flagravit, ut exem-  
plar suaue vitae constituerit. Non igitur  
mirum si Franciscum nostrum videmus,  
sextum vix supra decimum annum agen-  
tem, religiosam illam familiam ingressum,  
quaes *Barnabitarum* vulgo audit; ubi  
quatuor post annos, nondum studiorum  
curriculo expleta, adolescentibus gram-  
maticam superiorem docendis addicitur.  
Anno MDCCCLXIII sacerdotio est auctus;  
exinde non modo eloquentiae leges in-

schola tradidit, at divinae legis interpres et nuncius factus est comptus et facundissimus, sacris orationibus, quae serius una cum academicis ab eo recitatis in volumen collectae sunt.

Et gossipii excellentia celebrata, pergit:  
*Tu modo iam fruticis generatim discere formam  
Aggregere, et onerum vires exquirere latentes  
Seminis, innataeque modos propaginis omnes.  
Multiplices quae sint species, quae nomina cuique,  
Quique habilis sit ager frutici, leviorve creando,  
Accipies et cuncta quidem tibi carmine promam.*

Hinc via fit ad gossipii fruticis descriptionem, ad multiplices eius species et nomina praecipua enucleanda. Sequitur ratio antiquitus servata, quo facilius externi hi frutices apud nos inolescerent, quumque Pompeiorum mentio incideret, prima in hanc miseram urbem digressio, sublatis Vesuvii cineribus, veluti ab interitu recens vindicatam :

*Vidi egomet, qua tetra fero vastata Veseko  
Si tellus facili subducit ad aequora clivo,  
Omnia lanigeris circum florescere plantis.*

Non igitur in eo ulterius insistimus, quod quisque ex se eo magis celebrabit, quum cogitaverit iuvenile actoris fuisse opus.

Sed alterum est poëmation didascalicum; de Gossipio scilicet, idque in duas partes divisum, Georgicon et Ergasticon, Et celebris medicis Oplontis<sup>2</sup> proxima thermis, Nuceriae atque insignis ager, dum moenibus altis Hic Pompei, dives opum urbs operumque, manebat.

et, quamquam non multo post confectum,  
maturi iam ingenii specimen; nec circa  
stylum rerumque ordinem atque descrip-  
tionem, sed ob doctrinam tractandique  
argumenti varietatem atque prope dicam  
virilem gratiam, quibus auctor nullo la-  
bore ac pondere per campum suum hinc  
inde transmigrat.

[Sanct.]

Sustulit o tandem intra tot post secla ruinis  
Antiquis veneranda caput, quas ipsa, Vesevo  
Punicibus superante, dedit; iam vescitur auris.  
Sed vacuas utrinque domus et muta viarum  
Strata stupet, summique sui velut inscia fati,  
Egressus nuper cives e moenibus haerens  
Huc exspectat adhuc! Oneratae merce tabernae,  
Atque suos exspectat heros per tecla supplex.  
Hic modo summanno vino fragrantia, dulci

Iuvabit utique ad ipsum proprius accedere, atque exempla afferre.

En totius carminis propositio:

*Quae sit Gossipii natura, quis hactenus usum  
Cultus in humanum canentia stamina vertat,  
Forsitan hoc primus meditabor carmine. Vati  
In tenui lusus, tenuis non inde voluptas;  
Si modo, quae nunquam Latii docueri camænae,  
Indicis monstrare queam novus ipse vetustis.  
In parvis spectanda magis miracula pandit  
Auctifico natura sinu; quamquam, abdita crassis  
Sensibus, incassum miserabile vulgus abhorret.  
Quare age quos natura dedit, quos dextera iunxit  
Ingeniosa modos, et miram iam extudit artem  
Conspsisse invat, invat et perdiscrevi quæ res  
Altera in alterius coniuret foedera amice.*

---

*Comprime iam gressum, cito ne discede viator.  
Xystus adest, quam grata viris solatia quondam,  
Porticibus qui arcton largis exceptit opacam.  
Inque adyta secreta domus, quam moesta puella  
Multæ moveens animo saepe incomitata petebat,  
Atque dies immota morans consumpsit inertes,  
Prospiciens gratis halantem floribus hortum.  
Infandum, qua vertis iter, quam multa columnis  
Tecta, theatra vides et templa adsurgere centum;*

<sup>1</sup> Nunc Scoglio di Rovigliano

<sup>2</sup> Nunc *Torre Annunziata.*

*Et te monstra, duces et cæci prælia fallunt  
Martis humi picta, et vestes collecta fluentes  
Agmina, virginæ choream ducentia ritu.  
Tam pulchra parvis ludunt asarota figuris!  
Florea mæandro conserta aulaea recurrunt  
Parietibus; sicuti spiranti marmore Divi.  
O quo, Crispè, tuos casus meditatus amore  
Atria cerno, domos patulas sedesque relicta,  
Antico lustrans Faunos in poste Choragos,  
Atque intus furirosas oculis simulacra Dianaæ  
Cum nymphis, et multa viro tam digna merente,  
Et cervae dulci viduatam aspergine concham.  
Anne memor sedes repeto, tua, Pansa, reposta  
Otia? quam recte nunc obvia rudera spectas  
Sacra Deæ, <sup>2</sup> subtilis praesenti rite triumphos  
Vertere funeribus! Tè, Publi, an maxime Tulli,  
Te memorem? aut, sacra victus formidinæ mentem,  
Te, tua quæ perhibent, Diomedæ, tecta pererrans?  
Tu fueras forsan, primo hic in poste repertum  
Quem multa, heu pietas, incensa cadavera cingunt.  
An tua, Crasse, levi labentia balnea lymphæ,  
Anne domum memorem? Tum vero saevus euntem  
Circumstat, lacrymisque horror me tardat obortis.  
Scilicet hic sortem repeto miseratus iniquam  
Et matris, gnatiæque sui, geminaeque sororis.  
Amplexæ patuere simul, patuere prementes  
Oscula, dum querulas voces frustratus hiantes  
Corpora iuncta cinis tenuis compressit in igne.  
Hinc via funereas iuxta quæ ducit ad aras:  
Flebilis en iterum lapides tectura sepulcri  
Arbor adest: Certe tibi, parva o Arria, vobis,  
Velasi et Salvi, tibi et o sine nomine tecte,  
Quisquis es, arcanum muliebris pignus amoris,<sup>3</sup>  
Calventi Laboqué, tibique Tyche Nevocia,  
Et vobis, quos pulvis adhuc vesuvinus inurget,  
Invidisse reor vestra de stirpe superstes  
Tum genus, et quotquot subito per saxa per ignes  
Vitam exhalantes patriam (miserabile visu)  
Eversam stupuere suis considere flammis.  
Eheu crudelis quam nulla in imagine luctus  
Restat, summa dies urbis! Quin protinus ipse  
Cuncta oculis equidem, sineret mens territa visu  
Perlegerem: meminisse horret tot funera tantum.  
Ergo gradum hinc effer mecum, lateque viator  
Inspice quas alias, Pompeis proxima adiustis,  
Fundat opes tellus.*

Sunt hæc gossipii frutices, circa quos  
poëta, Vergilius morem sequutus, leges as-

<sup>1</sup> Sabaudi Actœona.

<sup>2</sup> Domus Pansa, uti rudera ostendunt, e regione  
erat templi Fortunæ sacri.

<sup>3</sup> Inter Pompeiorum sepulcræ mirum illud inventum est, cuius inscriptio: « Servilia amico animæ quæ ».

signat de locis eligendis, de serendi tempore, de plantis curandis, de tempore messis. Quum autem in Aegypto, ut perhibent, primum exstiterit gossipii plantarium, in illius regiones laudes excurrit, quam *meliora manent ... fata merentem*. De freto scilicet tum canit, inter Africam et Asiam aperto, per quod

*iussas nuper discedere terras  
Vidimus, effoso simul immiscerier alveo  
Binaque iam maria in se lapsa residere tuto.  
Pyramidum septeni apices stupuere, recentum  
Indomitum stupuere hominum genus utraque semper  
Hac coniuncta tenus regio: modo longius illinc  
Pulsa Asia, hinc omnis prorsus circumflua ponto  
Africa, nacta novam, immanis velut insula, formam.  
Iamque per Arsinoem crebris freta versa carinis  
Mutantur merces, vectant quas vela vel humor  
Ignipotens cursante rota ...*

Quid vero hoc *regis opus*, si cum specu comparaveris nuper in Cenisio monte effosso, quo pervius per Alpes transitus curribus vaporis vi compulsi? In lyricum profecto carmen nova haec mutatur digressio:

*O patria, o nunquam tibi digna superbìa desit  
Sumpta recens! memorem pertant gaudia mentem  
Quum repeto quæ vidi egomet, si visa loquenti  
Verborum cantus veterum modo suppetat usus.*

Doleo equidem quod spatii angustiae me prohibent quominus iter a poëta illuc factum atque mirabiliter descriptum integrum referam. Quod in aperto initum, quum

*scandunt  
Tramite ferrato compulsa vaporibus altum  
Plausta supercilium barathri,*

usque eo mira varietate producitur, ubi  
*patet aetherei montis, cui nomina fecit  
Cottius, aeternis facies concreta ruinis.*

Hinc vero

*cryptam adventare monent procul aggere in uno  
Montibus effossi silices, ut inane per Alpes  
Staret iter. Cursu laxato hic utraque ferri  
Obteritur magno stridens sub pondere lamma.  
Vestibulum ante ipsum tubicen dat signa; cavernæ  
Cornua respondent, sonitumque iterata volutant.*

*Iamque subit reboans speluncam machina, secum  
Retro catenatis plastris: tacuere tuentes,  
Insinuatque pavor. Ferimur per opaca viarum  
Principio, quandoque redit spirabile lumen,  
Qua latera exiguae tereti dant ore fenestræ.*

Vigilem poëtam, artis portentum hoc  
celebrantem, nihil fugit; nec

*vigil unde immotus eunti  
Curriculo custos bicolor signum explicat alte;  
neque  
Quum medium tubuli geminatus sibitus actum  
Signal iter,*

atque spectare viam datur, quæ tum per  
partes describitur; neque

*species non vana cubilis  
Interior, quo signa volant, compendia vocum,  
Per tensa, electro fluitante interprete fila.*

Num poterat doctus ille viator patriæ  
vices ea prope loca gestas, haud reminisci?  
Ita fit ut vix

*saliente tepentes  
Auræ et signa ferunt patulae gratissima terræ,  
Tum vero Poenum memini, quum devia primus  
Haec tuga inoffenso et ausus trascendere cursu.  
Visus adesse mihi mox vir Cyrneus, <sup>1</sup> acumen  
Obsidens, nostrisque inhians dominarier oris ...*

At vero iam ad Allobrogum fines,  
latebras linquentes, pervenimus:

*Insequitur stridor lituam; vitreisque fenestræ  
Submissis spectare iuvat ....  
Hic diversa solo, officio iam functa, iacebant  
Multæ gigantæ ausa novum instrumenta labore:  
Quod cautes currente rota cito perforat imas,  
Aera vel quod retro velut pulmonibus haustum  
Immittit, redditumque negat, dum pondere rupem  
Pressus et ipse premit, tubulis motantibus, aer.  
Vel quod rupis aquas operi succedere cogit:  
Ventigenum nec mirum aberat solamen in antro.  
Iam sordent desueta manu, tamen aspice quale  
Robur adhuc viresque ostentent arma priores.  
Ut qui iam senio gravior, satiatus et armis  
Fronte gerit, laetusque notat vestigia pugnae.  
Hic data meta viae: quoniam nos frigus adegit,  
Proxima ieunios Statio solatur opime.*

<sup>1</sup> Scilicet Napoleo I, natus in Cyrna insula, eadem  
quaë Corsica.

Aedepol, an loquenti verborum cautus,  
veterum modo, suppetias tulit usus! Quis  
enim prior ac melius, ut cetera omittam,<sup>1</sup>  
latine expressit et machinas, quæ *Perforatrici*, *Compressori a tromba*, *Compressori a caduta d'acqua*, *Ventilatori* penes  
physicorum peritos italice audiunt?

Pulcherrima hac digressione explicit  
*Gossipii* carminis pars altera; in altera  
resumitur argumentum de re rustica,  
atque instrumenta describuntur tum ad  
glomos seminibus secernendos, tum ad  
stamina mollienda. Textura deinde ac  
novae machinae attinguntur; unde fit ex-  
cursus in civile, quod fuit, bellum Amer-  
icæ, quo tempore gossipii commerciis  
laboravimus; cui tandem altera digressio  
adiungitur in Maximiliani interitum, Mexi-  
canorum electi Imperatoris; cuius viri  
deprecatus sortem, poëta versibus, lecto-  
rum animos vere ad miserationem adduc-  
centibus, iter, captivitatem, necem descri-  
bit. Fit demum poëmatis conclusio atque  
Ioachimo Lamberti, Florentinorum Archiepiscopo, dedicatio; a qua quidem sci-  
mus magna ex parte ipsum compositum  
fuisse quum auctor in villatica illa domo  
Sfortia maneret, de qua superius men-  
tionem fecimus, atque absolutum in nova  
sede, ad quam vocatus est noster, quaeque  
fuit

*alma virum et rerum Florentia mater,  
Candida qua molles demilit Faesula clivos  
Ad veterem, perhibent si verum nomina, Quercum:  
Lectus ubi coetus iuvenum, spes tanta parentum,  
Exigit ingenuis operosa silentia curis.*

(Ad proximum numerum).

I. F.

<sup>1</sup> In his, vestibuli descriptio, facili curvatura for-  
mati, structis instar specus moenibus fenestratis cum  
fornice, quod molliorem ascensum facturi ex utraque  
fronte Alpium, architecti effossæ cryptæ adiunxere.  
Utrumque vestibulum vulgo dicitur: *Galleria di- raccordamento*. — *Cryptæ* autem voce italicum *traforo*,  
*galleria*, auctor reddidit, Senecæ exemplum sequitæ,  
qui (Ep. 57, 1. VIII) *cryptam* nuncupat pervium specum  
antiquitus effossum sub monte Pausilypo, haud procul  
Neapoli, per quem Puteolos via compendiosa itur.

## VETERA ET NOVA

## De nuptiis.

Ab urbe Roma non longe quum rusticandi gratia in oppido quadam recens essem, et forte in nuptiale ritum inciderem, facere non potui quin maiorum mores quam arcte adhuc retineantur considerarem. Quos hīc hodie revocando, lectores humanissimos inducere velim, ut ipsi comparationes et in regionibus suis per orbem universos dissitis instituant, easque in has paginas referant.

Sed tamen in triplici contrahendi matrimonii apud veteres ratione, confarreatione scilicet, coëmptione et usu non insistam. Quamquam si iis assentiamur, qui, potius quam *a farreto libo*, confarreationis titulum *a fari* deduxerunt, idest verbis quae invicem mas et foemina coram testibus propriisque administris ac sollemni sacrificio pronunciabant, quis negaverit et ipsius matrimonii caeremoniam haud multum hodie ab antiqua aberrasse? Adde, Ulpianum ad validitatem huius matrimonii habendam *certa verba*, hoc est sollemnem quamdam formularum conceptionem, quibus tantum mutuo pronuntiatis nuptiae contraherentur, necesse esse docuisse; itemque ut *diffareatio* fieret, *certa verba* prioribus contraria dici oportere. Ritus igitur substantia eadem fuit, quae nunc est.

Quod quidem luculentius, aut fallor, evincitur in altera contrahendi matrimonii ratione, quae, uti diximus, *coëmptio* appellabatur, quaque, omissa confarreandi assuetudine aut inter paucos retenta, communior apud Romanos evasit. Certis et ipsa formulis peragebatur, et sese in coëmendo invicem interrogabant, vir mulierem an sibi materfamilias esse vellent, cui illa se velle respondebat; mulier virum an sibi paterfamilias; cui ille pariter velle

respondebat.<sup>1</sup> Nunc autem sive cultus, sive reipublicae minister et fidem faciens, utrumque interrogat velit ne alter alterum legitimo coniugio sibi consociare.

\*\*

Atvero sermo noster praecipue de moribus est, qui matrimonii celebrationi praecedunt, eamque concomitantur et sequuntur. Atque primum *de Sponsalibus*, quo nomine inter omnes constat futurarum nuptiarum pactiones nuncupari. Quum enim per stipulationem fierent, *spondendi* verbum, stipulationibus omnibus familiare, illis etiam adhibitum est. De qua re scripsit Gellius:<sup>2</sup> « Qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat (scilicet a patre vel a tute; mulieres namque, aut patria potestate aut perpetua tutela continebantur), stipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui datus erat, itidem spondebat daturum ». Eius stipulationis formula a Plauto profertur:<sup>3</sup>

Ph. *Spondesne miles, mihi hanc uxorem?*

M. *Spondeo.*

Huius autem generis stipulatio non ipsas modo nuptias, sed dotem etiam spectare consuevit. Unde est illud apud eundem:<sup>4</sup>

Lys. *Sponden' ergo tuam gnatam uxorem mihi?*

Ch. *Spondeo, et mille auri Philippum datis.*

Lys. *Istac lege filiam tuam sponden' mihi uxorem duci?*

Ch. *Spondeo.*

Lys. *Et ego spondeo idem hoc.*

Qua sponsione facta, iam illa *Sponsa*, ille autem *Sponsus* appellabatur: itemque

<sup>1</sup> Cfr. TACIT., *Annal.*, IV, 16 et BOETHIUS, in *Top* Ciceronis II.

<sup>2</sup> IV, 4.

<sup>3</sup> CURCUL., V, 2.

<sup>4</sup> TRIN., V, 2.

hodie apud villicos nostros; qui fere iisdem verbis adhuc sponsalia inter se conveniunt, et in fidei pignus dextera dexteræ invicem iungunt. Non facile est enim quae pacta fuerunt, ea in tabulas, uti in urbe, referre; ceterum, ne apud veteres quidem necesse erat.

Hae quidem plane sunt quas « tabellas sponsaliorum » appellavit Tertullianus;<sup>1</sup> easque ab illis qui interessent, obsignari etiamtum consuevisse scimus. Huc pertinet Iuvenalis illud:<sup>2</sup>

... *Veniat cum signatoribus auspex.*

Quis autem auspex iste? Qui sponsarium celebrationi aderant, quemadmodum nomine omnibus contractuum interpretibus communi nuncupati « Proxenetae » sunt, ita appellatione rei nuptiali propria « Auspices » audiverunt.<sup>3</sup> De qua voce a nativa sua ad hanc significationem traducta haec habet Tullius:<sup>4</sup> « Nihil fere quondam maioris rei, nisi auspicato, ne privatim quidem, gerebatur: quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui, re omessa, nomen tantum tenent ».

Porro, sponsalibus peractis, dari sponsae a sposo solebant « arrhae », quasi quaedam de futuris nuptiis pignora. Erant autem illae e muliebrium ornamentorum genere;<sup>5</sup> praecipue, uti adhuc, annulus; ferreus antiquitus, aureus et magni pretii deinde.<sup>6</sup> Sponso vicissim convivium præberi solitum in usu iam a priscis temporibus videmus; quod ipsum « Sponsalia » vocitatum. Quamobrem Cicero scripsit:<sup>7</sup> « Ad viii Id. April. sponsalia Crassipedi - (cui fuerat Tullia desparsata) - præbui.

<sup>1</sup> De *veland. virg.*, XII.

<sup>2</sup> LIB. VI.

<sup>3</sup> Et etiam « Pronubi ».

<sup>4</sup> De *Divinat.*, I, 16.

<sup>5</sup> Cfr. CAPITOLIN., *Maxim. Iun.*, I.

<sup>6</sup> PLIN., XXXIII, 1; TERTULL., *Apolog.*, VI.

<sup>7</sup> Ad *Quint. Fr.*, II, 6.

Huic convivio puer optimus Quintus tuus meusque, quod per leviter commotus erat, defuit ».

Illud etiam post sponsalia servabatur, ut dies nuptiis diceretur. Qua in re cavere oportuit certos dies; quales fuerunt cuiusque mensis kalendae, nonae, idus; feriae universae; Februarii dies parentalibus consecrati; festi ancillorum dies; totusque Maius mensis; siquidem nuptias per id temporis celebrare ominosum credebatur.<sup>1</sup> Nunc ex Ecclesiae canonibus certos dies pariter habemus in quibus nuptiarum solemnis celebratio prohibetur; quis autem dixerit quot dies hisce addiderit superstitione, praesertim oppidanorum? Inter quas feria tertia et sexta referenda sunt,<sup>2</sup> et cuiusque mensis dies decimatertia; an haec ex antiquis idibus?

Sed iam ad nuptiale, apparatus deveniamus; ubi se primum offerunt, quae ad sponsae ornatum pertinuerunt: *Coma*, *Corona*, *Flammeum*, *Tunica recta* et *Zona*.

Ad comam quod attinet, nescio equidem utrum ad eam discriminandam adhuc hastae cuspis adhibeatur;<sup>3</sup> cuius consuetudinis haec fuisse causa ex Plutarchi sententia<sup>4</sup> credi potest, quod hasta Iunoni esset sacra, Iuno autem nuptiarum praeses. Certe, sponsae comam in sex crines seu capillamenta (Italice *trecce*) componi nostris quoque diebus, ut antiquis, in more

<sup>1</sup> Cfr. MACROB., I, 15; PLUTARCH., *Quaest. Rom.*, 103; OVID., *Fast.*, II, III et V.

<sup>2</sup> Tritum est Italicum populare effatum:

*Nè di Venere nè di Marte  
Non si sposa, non si parte,  
Nè si dà principio all'arte.*

<sup>3</sup> Huc spectat Ovidianum illud (*Fast.*, II):

*Comat virgineas hasta recurva comas.*

<sup>4</sup> *Quaest. Rom.*, 86.

passim est;<sup>1</sup> de qua re Festus: « Senis - inquit - crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetustissimus fuit ». Ad haec, coronam e floribus herbisque intextam nova nupta gestabat; ut nunc quoque gestat; suntque praesertim nunc flores mali aurei, sive veri, sive ficti, quem tempus veros recentesque haud ferat. Flameum vocatum velum est, quo sponsae caput obnubi mos fuit,<sup>2</sup> et pariter est: album hodie plerumque.

*Tunica recta* gestamen quoque recens nuptarum erat. Ne in eius nominis origine recolenda verba insumamus, id memorare satis sit, eam distinctam nulloque intersecta vinculo atque uno veluti ordine defluentem fuisse. Atqui ipsa quoque, et alba in sollemnioribus nuptiis, etiam nunc apud nos mansit; quin etiam ubique locorum. In vicis, quum huiusmodi vestis, quae deinde adhiberi nequit, tamquam voluptuaria expensa evadat, quam ut villis facile ferenda sit, nuptiale vestem cinerei coloris, et eius pallidi quam maxime, communem adnotavi: numne quo proprius ad albam tunicam accederet?

Zonam denique, seu cingulum, quam sponsae gerebant, e lana ovilla esse oportuit; nunc e serto florum, mali aurei, ut in corona.

Verum alia apud maiores fuerunt, quae veluti nuptiale pompam efficerent, quippe res essent quae a novae nuptiae comitibus ferrentur: *Faces* dico, *Colum*, *Fusum* et *Cumerum*.

*Faces*, e pino plerumque confectae, præferri eam unam ob causam solebant, quod noctu in domum viri sponsa duceretur; *colum* comptam et *fusum* cum stamine comitata nubentes fuisse auctor est Plinius;

<sup>1</sup> Quin imo et in locis aliquot a crinibus hisce vario modo dispositis puellae, nuptae et viduae facile discernuntur.

<sup>2</sup> Constat hinc profectum esse, ut « nubere », quod per se ipsum est tegere, idem exinde fuerit ac in matrimonium collocari.

nus;<sup>1</sup> idemque de cumero factum, quod Festus ita nobis describit: « Cumerum vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia ». Nunc huiusmodi res minime in nuptiali pompa invenimus; alias inutiles, alias nunc ad ferendum difficiles quidem. Ad quid enim nunc faces, licet nuptiae noctu celebrentur? Quot nunc mulieres colo et fuso utuntur? Iis ad suendum machina iam in universum suffecta est, quae in singulis fere maritalibus domibus, quasi necessaria suppelle sive a puella compara, sive pro nuptiali quodam dono data videmus. Et est etiam cumerum, a capsula nunc constitutum, ubi « nubentis utensilia » asservantur, postquam ea consanguinei et amici in puellae domo ante nuptiarum dies aliquot admirati sunt. In hisce serica lodix, de cuius pulchritudine ac manupretatio quasi certamen apud aliquam Italiae regionem, uti Calabram, constitutum inter sponsas, ipse animadverti.

\* \* \*

Reliqua nuptialis apparatus ritusque haec observanda veniebant:

a) *Hymenaeus*, carmen nuptiale, quod ad tibiam canebatur. De hoc, memoria in nonnullis montanis vicibus servatur, ubi nuptiale comitatum utriculares praecedunt, aut manualis organi pneumatici psaltes aliqui, laetos concentos, non tamen praefinitos, edentes.

b) Aedium postes floribus, frondibus, in primisque lauro exornari solebant.<sup>2</sup> Eosdem vero postes ungebant nupta adipe lupino, ac taeniis adornabat.<sup>3</sup> Qua quidem unctione factum iri rebantur, ut venefica omnia et exitialia averruncarentur.<sup>4</sup> De-

<sup>1</sup> VIII, 48.

<sup>2</sup> IUVENAL., VI: *Ornentur postes et grandi ianua lauro*.

<sup>3</sup> SERV., IV *Aeneid.*, 450; PLIN., XXVIII, 9.

<sup>4</sup> PLIN., I. c.: « Ideo novas nuptias illo (adipe) perungere postes solitas, ne quod malum medicamentum inferretur ».

nique limen ingredienti uxori dabantur claves, quo totam rei familiaris curam custodiamque ei tradi indicaretur.<sup>1</sup> Huc fortasse consuetudo spectat, cuius ipse plures in Latii oppidis testis fuit. Scilicet, quum uxor e templo exit, stant ianuae maximae in limine consanguinei duo laureo serto, aut taenia sublimius extensa, sub qua mulieri transeundum est; vidi quoque interdum sertum illud aut taeniam rapido deinde motu in terra disponi, ita ut ab ipsa muliere conculcaretur.

c) Solitum denique erat ut a maritis ad quandam celebritatis speciem nuces spargerentur; qui quidem mos integer apud villicos nostros viget adhuc, quando iis facultas non fiat ut dulcia crustula, spiras, bellaria pro iis magnifice effundant, inter tunici populi inconditas concursationes et prope aggressiones; iucundas quidem, sed quae... non semel alterutrum, ni utrumque, coniugem, implicito eius crure, humi prostravit.

#### FORFEX.

<sup>1</sup> Atque ex hoc quidem more manavit, ut earumdem porro clavum ademptio, ubi id fieret, pro repudio haberetur. Huc pertinent Tullii verba (II, *Philipp.*, 26): « Mimam illam suas res sibi habere iussit ex XII tabulis: CLAVES ADEMIS; exigit ».

## COMMUNIA VITAE

### De valetudine percontatio Morbi - Medicamenta.<sup>1</sup>

*Oculorum morbus* (ophthalmicus morbus, ophtalmia) me cruciat. – *Oculorum valetudine* impediatur.

Habeti oculorum acie sum. – Hebes sum. – Acies oculorum hebescit (hebetatur, obtunditur). – Visu labore. – *Oculis valetudo officit*.

<sup>1</sup> Cfr. num. sup.

Oculorum infesta suffusio.<sup>1</sup> (Infestae pituitae in oculos distillatio, Oculorum epiphora, Epiphora oculos male afficiens, Epiphora oculos infestans).

Blepharites (Palpebrae ulceratio).

Lippitudo. – Gramia.<sup>2</sup> – Lippos oculos habeo. – Ex gramia palpebras disiungere (deducere, divellere) nequeo.

Hordeolum (Chritte).<sup>3</sup>

Keratites strumosa.<sup>4</sup>

Mihi est oculorum vis suppressa (angusta, coacta, remissa). – Myops sum. – Non respicio quam longus est nasus (Non longum nasum cerno, Non ad extrema nasi pervideo).

Coicitatem paene contraxi. – Oculorum lumina perdidit (amisi). – Oculorum sensu (oculis) sum captus (destitutus). – Sine visu prope sum. – Oculis iam amplius uti nequeo. – Luminibus sum privatus. – Rerum species non possum inspicere (intueri, cernere, oculis lustrare). – Exsors luminum iam sum.

*Aegrotatio in auribus est.* – Otalgia me angit.

Tinnitus (Sibilus aurium).

Apostema.<sup>5</sup> – Exaema.<sup>6</sup>

Otites (Aurium inflammatio). – Parotis (Parotida, Eparmata).<sup>7</sup>

(Ad proximum numerum).

<sup>1</sup> Italice: *Flussione d'occhi*.

<sup>2</sup> *Lippus* dicitur qui oculis est lacrymantibus; *lippitudo* itaque in *blepharite* aliquis oculorum morbis fit; itemque *gramia*, Italice *cispa*.

<sup>3</sup> Apostema nascens in extremitate palpebrae. Italice: *orzaiuolo*.

<sup>4</sup> *Keras* pars oculi est quae, a graeco fonte, italicice nuncupatur *cornea*; *struma* autem, unde *strumosus*, item quam *scrophula*, tumor cervicem praecipue infestans, glandulae.

<sup>5</sup> Suppuratio, abscessus ex concursu humorum; quae *vomica* dicitur, si interna.

<sup>6</sup> Vox a graeco fonte « sanguine destitutus » significat; revera eruptio huiusmodi vesicularum eos, qui anaemici et scrophulosi sunt, praesertim invadit.

<sup>7</sup> Italice *orecchioni*.

## ANNALES

### Concilium Parisiense de pace.

Hungaricarum rerum summam a Iosepho, magno duce ex Habsburgensi domo, fuisse assumptum, iniquo animo latum est a Parisiensi concilio, quippe in hoc facto domini iure et auctoritate iterum imperantem videret virum ex famillia illa « quae ob suam agendi de civilibus rebus rationem atque immoderatam dominatus cupiditatem magna ex parte tot tantarumque calamitatum causa fuit, quas universus orbis patitur, quasque ad multum tempus patietur ». Hisce quidem verbis, ut ille a munere abdicaret Parisienses legati praeceperunt. Rumenis autem iniunxerunt, ut, quiete iam restituta, quam primum Budapestinum urbem relinquenter; quod hi post aliquam moram, facere aggressi sunt, dum Iosephus legatorum iussis statim obtemperans civitatis gubernium Friedrich administro remittit.

Interim Austriacorum propositiones adversus pactiones de pace ad trutinam vocantur; quo examine exploto, decretorius de pace instituenda textus die II superioris mensis Septembris iis concreditur, assignato quinque dierum termino ad subscribendum; quod vero peractum est die eiusdem mensis decima.

Bulgaris quoque pacis conditiones committuntur, supremis hisce legibus, nempe ut Statum Serbum-Croatum-Slovenum eiusque fines per peritos definiebant recognoscant; servent insuper foedera cum aliis gentibus post bellum nuper inita vel ineunda; exercitum ad viginti militum millia redigant; bellica tormenta omnia, praeter ea quae huic exercitu domi necessaria forent, dedant; munitiones diripiunt; bellicam classem victorum potestati tribuant; resarciant denique ex sua parte damna et impensas hostibus.

Post haec de nonnullis dissensionibus ratio habita est, quae inter Anglos et Gallos exortae fuerant circa Orientalium regionum assignationes, deque iuribus a Iaponiis Coreanae genti concessis, ut haec libere sese administret.

Tum vero necopinatus intercessit evenitus. In pactionibus Austriae factis, est quidem Istrianae Dalmaticaeque regionis desertio, sed nondum cui hae cessurae sint indicatur; constat autem Italos magnam earum partem sibi vindicare; vindicare pariter sibi Iugoslavorum gentem, iisque, ex non satis cognitis caassis, Wilsonum favere: ita factum esse ut Adriacum, quod vulgo nuncupatur, negotium in medio fuerit relictum. Flumen urbs ab Italis maxime repetitur ex genere, lingua exque ipsa eius voluntate: eam consociati exercitus simul pro tempore occupaverunt, commissa Italico duci suprema auctoritate. Ob nonnullas contentiones, quae Italos a Gallis militibus praesertim illic dissociarunt, a legatione, Parisiis ad rem missa, constitutum est, ut auctoritas illa ad Anglos transiret. Ecce autem, die XII mensis Septembris, Gabriel D'Annunzio, italicus ille poëta itemque chiliarcha, noctu, cum selecta hominum manu, cui obviam fit iuvenum agmen ex Flumana civitate voluntariam militiam profitentium, urbem occupat, iuratus cum suis se non prius inde profectrum quam Italiae matri haec filia restituatur; quod si aliis adsignetur, ultro mortem aditum. Facinus, nobile quidem sed imprudens et fortasse iacturam Italicae causae allaturum apud Parisiense concilium, - quod interim Italiae, tamquam domesticum negotium, idem solvendum reliquit, - publice ab Italorum gubernio atque graviter exprobratum iure est. Inde vero irae et animorum motus, qui vix sedari possunt, adventantibus praesertim comitiis, quae gubernium ad diem XVI Novembrem edidit. Quamquam speramus fore ut ante illam diem, res, aequa mente atque

recta conscientia tandem aliquando componatur.

Hoc bonorum omnium omen, cui assentimur ex animo.

\*\*

### Russicae res.

Civile bellum in Russia perdurat bloschevikorum opera, quibus vero res haud prospere cedere nunc videntur. Dicunt enim eos fuisse Odessa ex urbe ab Ucrainis expulsos, qui suam deinde urbem caput Klev recuperaverint, eosque praeter flumen Snuc sese recipere coegerint, dum Poloni in Volinia eos urgent. Dictitant pariter Lenini gubernium fuisse eversum; quid vero si eius successor ferocior videatur?

\*\*

### Varia.

Ceterum factiones et rebellio iam commune omnibus malum ubique apparent: quocumque te verteris, formidolosa ac pesima a bello haec effecta adnotabis.

Satis sit de opificum ex condicto ab operibus suis desertionibus mentionem facere, quae ab Anglia ad Iaponios recententur, et quorum damna non intra singularum regionum fines continebuntur; adde partium studia, vel in regionibus ubi, feliciter, haud exarsit bellum, ut in Hispania, ubi administratorum nova collegia aliud sine intermissione sequitur aliud; in iisque nationibus vix nunc e bello exortis, ut Iugoslavica; in qua Serbi, Croati ac Sloveni indesinenter, neque interdum sine sanguinis effusione, inter se acriter decerant.

Kalendis Octobribus MCMXIX.

POPULICOLA.

Saepe propter honorem quorundam mutantur et mores: et quos ante conglutinatos charitate haberunt, postquam ad culmen honoris veniunt, amicos habere despiciunt.

ISID., De summo bono.

## VACUI TEMPORIS HORA

Plurimis in diariis commentariisque commemoratum recens Colbertum illum clarissimum vidi, qui Ludovici XIV regis minister, Galliae opes acuto ingenio instauravit. Nullibi vero de singulari alia eius virtute mentionem inveni; nisi inventorem scilicet, certe praeconem imprimis et suasorem fuisse **tibialium**.

Veteres enim populi huiusmodi genere tegendi crura non utebantur: matronarum caligae fasciae erant, sericae sive auro intextae, quibus pedes cruraque quasi in involucro implicabant; viri autem, hoc in usu, mulieres imitabantur. Solum medio saeculo XVI exacto, de tibialibus acu confessis cogitatum est a Guilelmo Ridero, ut plerique putant, Anglo. Quin etiam dictitant tibialia prima, serica et ipsa, ab Henrico II, quo die Margarita, eius soror, Emanueli Philiberto e Sabaudica domo nupsit, induita fuisse. Paulo post in Guilelum Lea, Anglicum virum et ipsum, incidimus, textorum tibiale praelum inducentem; qui, quum fortasse videret inventionem suam domi parvi habitam, in Galliam transmigravit et Rhomagii officinam constituit, anno MDXV optime florentem. Invida vero mors supervenit, opificesque qui Lea sequuti erant, in patriam revertuntur, novaque arte orbant hospitalem terram, quae ante Ludovicum XIV non aplius surrecta erit. Tum quidem, Colberti hortatu, Ioannes Hinoret apud castrum vulgo Matriense in Bononiae, qui dicitur, lucu, novam officinam aperuit, quae etiam nunc quasi « officina tibialium mater » reputatur. Quamquam eo tempore tibialia spissa conficiebantur; non quidem figuratae descripta aut pertebrata, exque antiquo usu alienissima, quae hodie, heu!, admiramur.

Sit igitur et ex tibialibus Colberto pro meritis gloria! *Primum et ultimum usq[ue] ad finem*

Ceterum nemo ignorat quo vir quisque sit celeberrimus, maxime in agendo esse plane extraordinarium, absque communione abiunctissimum. **De morositate scriptorum** nonnulla placet ad probationem afferre.

Alafridus Tennyson quotidiam operam suam e gypseis tabaci fistulis metiebatur: nempe, quum ex eadem fistula non bis fumum hauriret, ac tabaco consumpto eam confringeret, quumque deinde illico aliam sumeret neque uno disticho magis per singulos haustus componere valeret, ex effractarum fistularum numero, distichorum numerum, quae poëta in die exararet, facile deduci poterat.

Georgius Eliot, quum esset scripturus, monebat ne quavis ex causa disturbaretur; deinde accurate omnia in conclavi suo disponebat; vestibus denique quas optimas haberet amiciebatur. Sed tamen per diem magis quam lineas sexaginta scribere non valebat.

Georgius Brancroft, qui pariter multa cum difficultate cogitata mentis suae litteris persequebatur, ita imo ut vix verba trecenta quotidie scripto consignaret, manentum, a quinta ad undecimam horam, in operam dabat, ac profitebatur impossibile sibi esse ea aliis horis exarare.

Antonius Trollope et ipse matutino tempore in opera sua incumbebat, quod tum verba nullo prope labore ei fluenter; quae deinde tam accurate emendabat, ut suorum operum alterum, ac nonnunquam tertium exemplum reliquerit.

Bucklandus, naturae illustris ille investigator, nudatis pedibus scriptoriae tabulae assidebat. Illum narrant, quum quondam in curru vapore acto iter faciens obdormiseret, sibi visum esse scriptum componere, quod aliquot iam diebus fuisset meditatus. Soporantem adhuc, pedes naturali fere instinctu, calceis edu-

xisse, demum expergefatum neque factum advertentem, tali ritu e curru exiisse.

Walt Whitmann, Americanus poëta, multas horas, per ipsum caniculare tempus, extensis brachiis cruribusque, sub dio manebat; hac ratione pulcherrima carmina sua condidisse terunt.

Plura quidem addere de arguento possum, sed ne infinitus evadam, haec hodie sint satis.

**Utilia simul ac suavia sunt**, quae ab notissimo Kneipp deducta, lectoribus meis humanissimis proponere eorum vice malui.

Uvae succus, nigrae praesertim – ait ille – praeter quam quod nutrimentum apportat, puriore sanguinem reddit.

Malum aureum quotidie sumptum optimum remedium est in malam stomachi concoctionem; quam diuturnus eius usus omnino sanat.

Singulares pariter qualitates possidet pomum; quod gratis acoribus suis beneficam in corpus actionem exercet. Rarum quidem est, stomachi aut gutture laborare eum, qui frutici huic assueverit, singulis praesertim vesperis eo sumpto. Pomorum effectus cum fragarum comparari possunt; ex pomis vero quae per integrum annum servantur, facilius tutiusque trahuntur. Poma denique cocta constat pectoris, puerorum maxime, sanitati tuendae optima evadere.

Constat pariter inter omnes de medicinali proprietatibus, cuius succus in aqua dilutus gravissimum sanumque potum praebet. Mori autem succus, itemque myrtleae baccae, cum saccharo coctus, tussim tranquillat.

Facile haec omnia in promptu, ita ut cuique experimenta agere sine gravi impedio liceat.

\* \*  
loci.

Tuccius his diebus novum scribendi periculum fecit; exeunte enim scholarum tempore, Iulio mense, haudquaquam probatum se viderat. Rei argumentum sibi nunc propositum: « Simpliciter atque candide expromas quid hodie in te sentias », ita evolvit: « Dicam integre atque sincere, quemadmodum a me requiritur, quid hodie in me sentiam. Sentio scilicet stomachum, pulmones, hepar, pira duo, odoratas aliquot pastillas, quas hoc veniens a cupedionario domui proximo sum mercatus, et matutinum ientaculum ».

Tuccius firmam spem habet ad superiorem classem iri promotum...

In via.

— Cognitum ne habes Naevium, celebrem illum animalium pictorem?

— Papae! Et meam expressit coloribus mirum in modum figuram!

\* \*

Aenigmata.

I

Coniunctio *primum* parvula;  
Quid *alterum*? Adverbium.  
*Totum* fuit fallax proditor,  
Quem nominat Vergilius.

II

Est *caput* in Divis, cui sacra est *integra*  
[virgo].  
Effugiat *caudam*, qui timet invidias.

(Aenigmata in superiore fasciculo proposita his respondent: 1] vulgo *Rebus*: *Maior est sapiens inops quam dives indotus*; 2] *Ventus*).

IOSFOR.

## LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

CAESARIS, *De bello civili*. Recensuit Dominicus Bassi. – Augustae Taurin., ex officina I. C. Paravia et soc. – Venit lib. 2,75.

CICERONIS, *De re publica*. Rec. Iohannes Galbiati. – Indidem. – Ven. lib. 2,75.

ID., *Pro Sexto Roscio Amerino et De imperio Cn. Pompei*. Rec. Sixtus Colombo. – Indidem. – Ven. lib. 5.

ID., *Pro Milone et Pro Archia poëta*. Rec. Sixtus Colombo. – Indidem. – Ven. lib. 2.

PLAUTI, *Miles gloriosus*. Rec. L. O. Zuretti. – Indidem. – Ven. lib. 5.

ID., *Captivi*. Rec. Carolus Pascal. – Indidem. – Ven. lib. 1,75.

VERGILII, *Bucolicon liber, Moretum, Copa*. Rec. Carolus Pascal. – Indidem. – Venit lib. 1,50.

ID., *Cetalepton, Maecenas, Priapeum*. Rec. Remigius Sabatini. – Indidem. – Ven. lib. 4.

*Carmina ludrica Romanorum*. Rec. Carolus Pascal. – Indidem. – Ven. lib. 4,50.

OVIDII, *Tristia*. Rec. Carolus Landi. – Indidem. – Ven. lib. 2,50.

ID., *Artis amatoriae libri tres*. Rec. C. Marchesi. – Indidem. – Ven. lib. 5.

L. ANNAEI SENECAE, *Thyestes, Phaedra*. Rec. Humbertus Moricca. – Indidem. – Ven. lib. 3.

ID., *De ira ad Novatum*. Rec. A. Barbiera. – Indidem. – Ven. lib. 9.

MINUCII FELICIS *Octavius*, Rec. Aloysius Valmaggi. – Indidem. – Ven. lib. 1,25.

G. CAMPANINI-G. CARBONI, *Vocabolario latino-italiano e italiano-latino*. – 2a ristampa della seconda edizione. – Indidem. – Ven. lib. 9.

GIULIO CAPPUCCINI, *Vocabolario della lingua italiana*. – Indidem. – Ven. lib. 12.

G. CARENZI, *Manuale di legislazione scolastica* con prefazione del Prof. Matteo Miraglia. – Indidem. – Ven. lib. 7,50.

## CORALIUM

Carmen FRANCISCI TRANQUILLINI MOLTEDO.

Quonam coralium levibus legat ordine cymbis  
Herculeae propior, gens ignis sueta periclis,<sup>1</sup>  
Quique nova in rerum vertat miracula cultus,  
Promere fert animus. Trepide mihi, Xiste,<sup>2</sup> ca-

[nenti,  
Dexter ades; quando profugis haec otia nobis  
Ipse facis,<sup>3</sup> patronus agens, ubi proxima ponto  
Ignea subducens late Vesevius arva,  
(Sic dignum Superis) formosa palatia servat,  
Regis opus. Me nunc adeo, tua nomina, caeli  
Assidue facies, zephyro motante, serena,

Et nemoris resonare monent umbracula, tur-

[bae  
Alituum secura quies; me floribus horti  
Aura diversis halantes veris amica,  
Et passim piscis, depicti tergora, alumna  
Stagna monent; queis instructus supereminet

[armis  
Isacidum dux, torva tuens, et fronte bicornis.  
Gratia quanta loci! cuinam miser exul habe-

[bor,  
Has modo delicias sortitus munera ruris?  
Iamque age: quae memorem docuit proferre

[camoena,  
Accipe, non iniussa, Pater, munuscula vati.  
Coenosis diversa vadis prope littora gliscit  
Coralium, specie fruticem dixere priores.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Incolae oppidi indicantur, aetate media nuncupati  
*Turris Octavae*, nunc vero vulgari nomine *Torre del Greco*. Quod quidem, contra ac antiquiores senserint, post detecta veteris Herculanei rudera, hodiernae Retinae subiacentia, aliud ab illo esse recentiores eruditii homines communiter asserunt.

<sup>2</sup> Xistus Riarius Sfortia Card. Arch. Neapolitanus, cui auctor carmen dedicavit.

<sup>3</sup> Paucis auctor attingit amoena et delicias villa-  
ticæ domus, quam Card. Spinelli Neap. Arch. aere suo ad  
Turrim Octavam aedificatam, successoribus testamento  
legavit.

<sup>4</sup> Legesis quae Plinius (l. XXXII, c. II) de Coralii na-  
tura disserit, et quas (l. XXXII, c. X) poëticas in idem  
fabulas tradit.

Olli si qua fides, posuit qui foedera plantis,  
Tertium ab integro relegens spectacula for-

[mae,<sup>1</sup>

Nunc uno, commixta genus, de semine proles  
Aevum per scopulos duplex agitare profundos  
In faciem visa est unam, propagine dives  
Miratura suas, ramis felicibus, umbras.

Scilicet e iacto piscis fors semine (namque  
Polypus obstrusas cellas per septa reponit  
Coralii, et gentis spem foetus educat almos)  
Cornea principio, latebris virgulta sub alti  
Firma sibi ponunt penitus fundamina; molles  
Mox tunicas circum distendunt, corticis instar,  
Pube nova; queis puniceus plerumque colo-

[rem

Subiicit, atque humor placide per membra re-

[currit.

Aut operum impatiens vulgus comitetur eun-

[tem:

Ad mala non demum ipsa rudis, simul apta

[labori.

Haec, ubi multa iugum demittunt strata viarum  
Ad pelagus, scopulique, dedit quos Vesvius,

[alti

Haerent obiectu laterum, vidisse iuvabit.

(Ad proximum numerum).

<sup>1</sup> Scilicet Bernardo Jussieu, qui tertius post Linnaeum et Tournefort discrimina nactus ex forma, et loco, quem singulæ sortitæ sunt partes, nova methodo omnia plantarum genera digessit. Hic porro, cuiusdam medici Massiliensis D. Peysonnet sententiam sequutus, asseruit dupli-  
cem Coralii inesse naturam, animalis scilicet et plantæ,  
cuiusmodi monstrum iampridem *Zoophyti* fecere nomen. Re-  
centioribus igitur maxime probatur, Coralium in altero  
*Zoophytorum* genere contineri, quod *Polyporum* dicitur.

JOSEPHUS DR. FORNARI, SPONSOR.

ROMAE. — TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS.